

L E S S V S.

OPTIMO PROMARCHIONI A STAMMER

F E C I T

SCHOLA BVDISSENSIS.

Si quid amabiliter iufisti, more Lacæna
 Virginis in nodum Mufa reuineta caput:
 Quod Sueui poffet remorari flumina parua,
 Parua quidem Patris flumina, pulcra tamen;
 Sordida nunc propera huc, oro, paffisque capillis,
 Dic age tritte melos, flebilibusque modis.

Ergo Stammerus non eft rediturus in urbem,
 Quo redeunte, dies lætior ibat equis!
 Floruit vt meritis et honore fecundus in Aula,
 Vifceribus noftris cura fecunda fuit.
 Inuitis ergo, fieri quis poffe putaffet?
 De Tali eft oculis littera læta Viro!
 Effè Deum, fcimus, qui donet et auferat, omnes,
 Scimus, nil rerum morte carere fua.
 Quin etiam nuper percuffit pectora fida,
 Qui color in foliis, quæ noua mordet hiems:
 Nec macie depafta metu fine vidimus ora,
 Languentes oculi cauffa timoris erant.
 Vis animi tamen et confueti plena vigoris,
 Et fpem non dubiam debita vota dabant.



Eheu Lufatidos quam nil valere precantis
Omina, quam pietas vana, Budiffa, tua!
Non aliter, modo quæ densis horrebat ariftis
Læta feges, rigido verbere quaffa iacet.
Sic, Borea virides infanum equitante per hortos,
Ante fuum tempus pendula poma cadunt.
Flet populus, lacrimatur Eques, gemit Aula fuperba,
Ifta fibi proprie funera quifque dolet.
Nec non Auguftum, quo fol nil mitius vſquam
Adſpicit, adſpexit, conſpicietque vagus:
Auguſtum referunt Poſito, res Principe digna eſt,
Humida de lacrimis ferta dediſſe Suis.
Pierius venit in partes chorus, Ille fauebat
Pieriis ſtudiis, Pierioque choro.
Iſte dies nunquam memori delebitur æuo
Adſcriptus factis candidiore nota:
Iſte dies, Heros Procerum comitante caterua
Quo Grauis inrauit paruula ſepta ſcholæ.
Haud ſecus, ac vndis furgit venator Orion,
Auratumque tegunt aſtra minora later.
Vidit, et obſtupuit libris operata iuuentus,
Et non litterulas credidit eſſe nihil.
Sint Mæcenates, vel pleno Copia cornu
Ingenia effundet, barbara terra, tibi.
O quæ de ſcopulo totum circumſpicias orbem
Luſaticum, imperii celſa Ducumque Domus!
Non equidem inuideo, ſchola conſcia muneris inquit,
Sed magis admiror tam bona rara tua:
Cui fortuna dies totos, menſesque per annum
Cernere dat, noſtris quod dedit alma ſemel.

Nonne vides, et te potes exfatiare videndo
Egregias dotes, purpureum osque Viri?
Qualis Apelleis ridebat gratia primum
In tabulis, Charitos nomine blanda cluet;
Tale decus Domini dispersum corpore pulcro,
Pulcrrior est virtus, quæ venit inde tibi.
Quid dicam faciles aditus? Solaminis expers
Præsidis a facie nemo redire potest.
Quid multis lenem sermonem, ac byssina verba,
Nectar apum, Pylis dulcia mella senis?
Adspicis, vt vigiles inuictus mole laborum
In lucis curas proferat vsque iubar.
Menstrua declinat cursu prius orbita lunæ,
Ante fluit calidis Rhenus et Albis aquis;
Quam non, iustitiæ, et Vir seruantissimus æqui
Intendat recto tramite iuris iter.
Hæc Schola. Sed gestos alii mirantur honores,
Et semper gestos integritate sua.
Sunt, quibus vnum opus est, ad fidera tollere stemma,
Auxit quod multis Vnus imaginibus:
Quod proavos æquat, si non superare videtur,
Siue tuos, Appi, Lentule, siue tuos.
Laudabunt casti Sociatam fœdere lecti,
Non nisi Stammero Coniuge digna fuit.
Nec fas est, o te, generosa Propago, tacere!
Nec Generos prima nobilitate pares.
Alterius tamen est casum deffere coactus,
Et rapti tepidis illacrimare rogis.
Ast grauius superat: quid enim? vis vna Decembris
Perculit et Generum, perculit et Socerum.

Ze 5968 7A

x3439660

V.D.
18

Cum sancta Genetrice simul, mirabile dictu,
Ingenuit viduo Nata tenella toro.
Quis desiderio, quiuis desiderat Illud,
Tam Cari Capitis sit pudor, atque modus?
Ex quo Stammeri, quis tam funesta legendo
Temperet a lacrimis? plurima gutta cadit:
Ex quo Stammeri decus hinc mala fata tulerunt,
Inque iacent tumulo condita membra suo;
Ipsa Ortenburgis meritorum conscia luctu
Squallet, et infandos iactat ad astra sonos.
Per dorsum Protſchi glomerantur Oreades ipsæ,
Cum vitreis Nymphis dona suprema ferunt.
Siluicolas quis non Dryadas, resonante recessu,
Horruit et gemitus nocte ciere pios?
Quid nos, in quorum vitam, ceu fonte perenni,
Tot bona manarunt? nil, nisi flere decet.
Nil, nisi flere decet, crudeli funere Patris,
Affiduoque genas imbre lauare iuuat.
Te, Stammere, dies, noctesque, Budiffa, vocabit,
Nec queruli planctus immemor hora ruet.
Aere perennius est carmen, Tu carmine viues,
Longius hoc æuum, quam, quod in ære viget.
Inscribent philyris nomen venerabile Musæ,
Vsq̄ue nouo crescent robore, crescet idem.
Optime Præses aue rerum, æternumque valetō,
Præses in æterna viuere digne rosa!

Budiffa, cl. 15 CCLXXVIII. typis Scholzianis.

nc


(2)

L E S S V S.

OPTIMO PROMARCHIONI A STAMMER

F E C I T

SCHOLA BVDISSENSIS.



lufiti, more Lacenæ
 dum Mufa reuincta caput:
 remorari flumina parua,
 Patris flumina, pulcra tamen;
 pera huc, oro, passisque capillis,
 e melos, flebilibusque modis.
 non est rediturus in urbem,
 e, dies latior ibat equis!
 et honore secundus in Aula,
 stris cura secunda fuit.
 quis posse putasset?
 oculis littera lecta Viro!
 is, qui donet et auferat, omnes,
 erum morte carere sua.
 percussit pectora fida,
 foliis, quæ noua mordet hiems:
 a metu sine vidimus ora,
 oculi caussa timoris erant.
 et consueti plena vigoris,
 a dubiam debita vota dabant.

